



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Expositio i. cap. Primum quide[m] sermonem art. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

IN ACT. APOS. EXEC.

procedendi veteris testamenti prophetis inuenitur cōformis. Præsertim Esaia, Ezechieli & Zachariæ, quæ admodum in expositiōe Apocalypsis, pprijs locis monstrauit. Insup sapientia libri huius nunc explanādi multipliciter cōmendatur. Primo ac gñaliter rōne obiecti, q̄a de deo. Sc̄do a rōne actoris, q̄a a sacrosctō Luca Euangelista est editus liber iste. Tertio rōne materiæ, qm̄ apostolicos actus describit, imo in primis capitulis cū materia Euangelicorū librorū coincidit. Nā primo capitulo de Christi ascensiōe, in secundo de. s̄. missione loquitur. Quarto rōne formæ, pcedendi, qm̄ euidēter distincte cōpēditose, imo magistralissime est pcedēs sed & stilus ipse venustus est, & græcā eloquentiā resonat. Itaq; vtilissima, p̄sus est p̄sentis theoria voluminis atq; historia eius, in q̄ exordium & p̄cessus primitiue ecclesie seriatim describit, & itē catholica fides nō mediocriter roboratur. Sed & liber ipse sententiosus & iocundus est valde. Propter qd̄ pro illuminatione adorandi paracleti spiritus sancti in eius expositione singulariter eiusdē almi pneumatis immensam clemētiam ac sup̄munificentissimā bonitatem exoro, dicens ex corde: Veni sancte sp̄s, & emitte cęlitus lucis tuæ radiū

¶ Expositio primi capituli libri Actuum apostolorū, primū quidē sermonē
Articulus. I.

IN exordio libri huius pandit se beatissimus Lucas esse p̄sentis conscriptorem voluminis cū ad finem Euangelij a se descripti seip̄m continuat, atq; eidē viro cui Euangelium scripsit, hunc q̄q; codicē scribere manifestat, dicendo. **¶** Primum qdem **¶** videlicet in Euangelico libro a me descripto **¶** sermonē feci de omnibus o Theophile q̄ cœpit Iesus facere & docere **¶** .i. de factis documentisq; Christi, nō qd̄ vniuersa gesta & dogmata saluatoris ipse aut alius aliq; Euāgelista in particulari p̄ singula sit cōplexus, nā & qd̄ i hoc ipso volumine sc̄tus Paulus Ch̄m protulisse cōmemorat, oportet

Inf. ca. 20. et ingens memorē esse verbi dñi Iesu, quia beatius est

magis dare q̄ accipere, nullus in Euangelio suo recitat
 Euangelista. Ioannis quoq; vltimo legitur, q̄a alia mul-
 ta signa fecit Iesus, quæ si scribantur p̄ singula nec ip̄m
 ait arbitrari m̄dum posse capere eos qui scribēdi sunt
 libros. Dentq; quod innumerabilia particulariterq; in
 descriptibilia fuerint Christi miracula ex Euangelio Mat. 8.
 certissime constat. Scriptum est, q̄d oēs male habentes Mat. 9.
 curauit. Itemq; Circuibat Iesus omnes ciuitates, curās
 omnem languorem & omnem infirmitatem. Matt. 9. 14.
 scriptum est, quod cum venisset in terrā Genezar,
 viri loci illius miserunt in vniuersam regionem illam,
 & obrulerunt ei omnes male habentes, & rogabāt eū,
 vt vel simbriam vestimenti eius tangerent, & quicunq;
 tetigerunt salui facti sunt. Similiter scriptum est in Mar. 9.
 Marco. Quocunq; introibat Iesus in vicos vel in vil-
 las, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, &
 quotquot tangebant cum salui fiebant. Itaque distri-
 butio ista qua dicitur, sermonem feci de omnibus, in-
 telligenda est de generibus singulorum, non de singu-
 lis generum. Siquidem de omnibus aliqua recitauit.
 Propter quod asserit Beda: De omnibus elegit vnde fa- Beda.
 ceret sermonem, quæ iudicauit apta & congrua suffi-
 cere officio dispensationis suæ. Pensandus quoque est
 ordo verborum in eo quod scriptum est, quæ cœpit
 Iesus facere & docere, ita quod primo exorsus est ope-
 rari, deinde quod fecit, edocuit. Quo multorum
 præsumptio atq; audacia increpantur, qui proniores
 sunt docere quam discere, loqui quam audire, vel q̄ ea
 quæ p̄dicant, factō non exequuntur, in hoc enim ip̄so,
 suis ip̄si doctrinis detrahūt. Neq; cum alijs prælati sint
 erubescunt victose, & inexemplariter conuersari corā
 his quibus præsunt, aut verbum dei annunciant. Qui-
 bus id intuendum quod legitur Iacobi primo. Sit o-
 mnis homo velox ad audiendum, tardus autē ad loquē- Greg.
 dum. Dentq; cuius vita despicitur, restat vt eius prædi-
 catio contemnatur. Imo bona docere, & impie agere,
 qd aliud est q̄ se voce propria cōdemnare? iuxta illud
 Ecclesiastici: Dum maledixit ip̄ius diabolū maledixit Eccl. 24

IN ACT. APOST. EXEG.

- ipse animam suam. Et ad Roman. 2. Inexcusabilis es o
homo qui iudicas. In quo enim alium iudicas, teipsum
condemnas. Eadem enim agis; Præterea peccatori di-
xit deus, quare tu enarras iusticias meas. Doctör er-
go, prædicator, & pastor vnicum istum sequens ma-
gistrū primo faciat quæ alios docet, ne proprio ore dā
netur. Postremo Theophilum istum cui & Euāgelium
& præsentem librum Lucas conscripsit, quidam affir-
mant fuisse virum potentem Achaia principem, alij
Episcopum quendam. Theophilus autem interpreta-
tur dei amator, seu a deo amatus. Itaq; non solum hu-
ic personæ sed & cunētis deum amantibus atq; ab eo se-
cundum prædestinationem æternam amatis scriptus
est liber iste, Euangelicumq; volumen. Itaq; scripsi de
omnibus quæ cepit Iesus facere & docere L vsq; in di-
em qua præcipiens Apostolis per spiritum sanctum q̄s
elegit J. 1. vsq; ad diem ascensionis, quo iussit Apосто-
lis, euntes in mundum vniuersum, prædicate Euange-
lium omni creaturæ. Et quod infra habetur. Eritis mi-
hi testes in omni Iudæa & Galilæa & Samaria, & vsq;
ad vltimum terræ. Quod autem in Euangelio suo Lu-
cas vsq; ad dicta factaq; Christi in die ascensionis nar-
ratione protraxerit, atq; ibidem finiuerit, ex fine Euā-
gelij sui ostenditur, quod ita finitur. Eduxit autem eos
foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedi-
xit illis. Et factum est dum benediceret eis, recessit ab
eis & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi
sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et erant sem-
per in templo laudantes & benedicentes deum. Quod
autem Christus Apostolos ad gratiam apostolatus &
prædicationis officium elegerit, Marc. 3. sic refertur.
Ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse,
& fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos
prædicare Euangelium, quibus & in Iohan. profatur.
Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis dia-
bolus est: scilicet Iudas traditor, quē certum est in die
ascensionis detuisse, & loco eius affuisse Mathiam. Por-
ro Christus secundum quod homo in omnibus dirige

Pfal. 49

Mat. 16
Inf. eod. c.

Luc. 24

Ioh. 6.

batur a spiritu sancto imo & a seipso vt deus, seu a to-
 ta superbeatissima trinitate. Hæc tamen directio spiri-
 tui sancto magis ascribitur, sicut & cætera opera beni-
 gnitatis, quoniam spiritui sancto bonitas, benignitas, Esa, 61.
 dilectio, liberalitas, appropriat. Propter quod p̄ Esa.
 loquitur Christus vt homo. Spiritus domini super me
 eo quod vnixerit me, ad annunciandum mansuetis mi
 fit me. ¶ Assumptus est. ¶ Ipsi Christus secundum naturã
 assumptam, de terra in cælum, iuxta id Marc. vlt. Et
 dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, as-
 sumptus est in cælum & sedet a dextris dei. Assumpt⁹
 est autem, quia diuina virtute assumpsit seu de terra
 in cælum leuauit seipsum, quod & per dorem agilita-
 tis facere potuit, ita quod corpus eius sua agilitate po-
 tuit se leuare. Assumptio quoq; hæc toti superbenedi-
 ctæ trinitati potest ascribi, quæ in cunctis effectibus
 potissime Christi, principaliter operatur, cuius & ope-
 ra sunt indiuisa. Præterea assumptus est a nube præfiã
 te domino suo obsequium, non ferente auxilium. Ab
 vniuersa quoq; cælestis aulæ frequentia, cum ingenti Psa. 25
 susceptus est gaudio cum diceretur ad eos. Attollite
 portas principes vestras, & eleuamini portæ æterna-
 les & introibit rex gloriæ. Quod autem secundum di-
 uinitatem illocalem, incommutabilem, incircumscri-
 ptibilem, cuncta implentem, immensam, non compe-
 tetat Christo locum mutare, ascendere siue descende-
 re certum est, sed secundum formam serui duntaxat,
 per quam terram corporali reliquit præsentia, quem
 admodum passione instante prædixit Iohan. 16. Exiit
 a patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum
 & vado ad patrem. ¶ Quibus & præbuit. ¶ .i. visibili-
 ter, audibiliter, tangibiliter, monstrauit. ¶ seipsum vi-
 uum. ¶ vita corporali humana. ¶ post passionem suam. ¶
 videlicet statim post resurrectionem. Siquidem surgēs
 Iesus mane prima sabbati, eodem die cœpit apparere
 & loqui Apostolis, alijsq; credentibus. ¶ in multis ar-
 gumentis. ¶ Argumentum tripliciter sumitur. Primo, vt est ratio rei dubiæ faciens fidem. i. certitudinē

IN ACT. APOS. EXEG.

Sic enim in hac diffinitione sumitur fides. Et hoc modo quæ cadunt sub fide, argumenta non habent, quoniam ex principijs per se notis probari non queunt. Secundo accipitur argumentum pro quocumque signo sensibili ad veritatis declarationem inducto. Tertio pro effectu huiusmodi argumentorum, puta per adhesionem qua mens veritati assentit: sicque ad Hebræos sumitur dicente Apostolo. Fides est sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium. Nunc autem argumentum secundo modo accipitur, ut sit sensus, quod Iesus per multa sensibilia signa & gesta seu opera, probavit se vere resuscitatum & resurrexisse [per dies quadraginta apparens eis] & si non quotidie, tamen frequenter, & multo frequentius quam aliquis Euangelistarum, imo quam omnes simul describunt, cum Paulus multas referat factas eius ad discipulos veras atque sensibiles apparitiones a nullo illorum descriptas. Quomodo autem, & quoties, ubi, & quo ordine apparuerit eis, in Euangelij & verbis Pauli Apostoli continetur [& loquens de regno dei] .i. de statu ecclesiæ militantis ac triumphantis. De utroque enim regno inter hos dies multa locutus est. Quomodo scilicet divulgandum esset Euangelium per totum orbem terrarum, & de miraculis per Apostolos exhibendis, de felicitate etiam patriæ beatorum, quemadmodum Euangelistæ describunt. [Et conuescens] .i. cum discipulis suis Saluator manducans [præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent] Frequenter Christus post resurrectionem suam cum discipulis legitur manducasse. Primo, cum duobus in castello Emaus, iuxta illud Lucæ: Factum est cum recumberet cum illis accepit panem, &c. Secundo cum undecim Apostolis & præfatis duobus in cœnaculo seu conclauit Hierusalem, sicut in dicto Lucæ capitulo scriptum est, & utraq; manducatio hæc facta est in die Paschæ. Tertio, cum septem discipulis iuxta mare Tyberiadis, ut habetur in Ioanne. Quarto Ioan. vi. coram undecim in die ascensionis, prout super Mar. vi. cum dicunt expositores. Si ergo manducatio de qua

nunc sermo referatur ad eam quæ fuit in die ascensionis, sensus erit, quod die illo iussit Apostolis, ne gratia prædicandi quoquam a Hierusalem proficiscerentur, donec spiritum sanctum iuxta promissum reciperent. Vnde apud Lucam ait eisdem: Vos autem sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Si vero manducario ista ad secundam seu tertiam referatur (ad primam enim proprie non refertur) poterit esse sensus, quod tunc præcepit eis de Hierusalem timore Iudæorum non discedere, alias sicut verisimile est discessissent, quia tam pauidi erant. L sed expectarent promissionem patris. J id est, impletionem promissionis de missione paraclæti, quem pater per os vni-
geniti filij sui promisit, ideo subditur L quam audistis (inquit) per os meum. J Nam passione instante Christus dixit Apostolis illud Ioannis decimo-
quarto: Paraclætus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia L quia Ioannes quidem baptizauit aqua. J id est, corpora aquis abluebat, animas non purgauit, ita quod eius baptismus non contulit gratiam, nec fuit vnum septem sacramentorum, sed quid sacramentale dispositiuum ad Christi baptismum. L vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. J id est, infra paucos dies. Cum apud Ioannem dicatur, quod discipuli puta Apostoli Christi, baptizabant de mandato ipsius, credendum est, quod ipsi a Christo fuerint baptizati, baptismo Euangelicæ legis gratiam conferente. Illo enim & ipsi baptizabant. Nec mirum si ante passionem Apostolos proprijs manibus baptizauit, quod tempore cænæ pedes eorum lauare dignatus est, præsertim cum tandem ante hanc cœnam dixerit Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Itaque quod ait, vos autem baptizabimini spiritu sancto, sic intelligendum censetur. Spiritu sancto implebimini, qui & mentes vestras plus quam ante ab omni sorde lauabit. Sicque copiosa illa spiritus sancti infusio per signum visibile, bapti-

Luc. vlti.

Ioan. 4.

IN ACT. APOST. EXEG.

zatio discipulorum vocatur, quoniam instar gurgitū inundantis aquæ desuper fluxit in eos. Vnde & spiritus sanctus, & gratia eius, per aquam exprimitur, quoniam mentem purgat, refrigerat, reficit. Hinc in Iohan. loquitur Christus. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod Euangelista exponens adiecit. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Apo. quoque. 22. ait Ioannes. Ostendit mihi flumen aquæ splendidum tanquam crystallum, quod de spiritu sancto exponitur. Sicut ergo spiritus sancti illustratio vnctio appellatur, iuxta illud Ioann. Vnctio eius docet vos de omnibus, sic copiosa eius susceptio, baptizatio mēris vocatur. Propterea secundum Rabanum in quibusdam libris sic habetur. Vos autem vngemini spiritu sancto, & istud infra decem dies scilicet die Pentecostes fuit impletum. ¶ Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes ¶ non euidenter apparet in quo loco fuerit ista discipulorum conuentio & interrogatio, an scilicet in conclauī, vel in loco ascensionis. In die enim ascensionis Christus bis eis apparuit. ¶ Primo in conclauī, deinde in monte oliueti vnde ascendit. Veruntamen ex verbis sequentibus videtur fuisse conuentio, & inquisitio ista circa locum ascensionis. Nam paulo post, data sibi responsione subiungitur. Cum hæc dixisset videntibus illis eleuatus est. ¶ Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel. ¶ i. an statim misso nobis spiritu sancto, reparabis potestatem, & regiam potestatem Israelitici regni ac populi Iudæorum dando fidelibus tuis temporale regnum in seculo isto & temporaliter regnando in eis. Discipuli isti nondū perfecte illustrati, putabant propheticas promissiones de regno Christi in plæbe fidelium corporaliter, temporaliterque complendas quemadmodum excæcati Iudæi vsque in præsens existimant. Sic enim de matre filiorum Zebedæi dicit Hieronymus, quod mulier illa, quia audiuit quod crucifigendus esset & resurrecturus putauit eum ilico regnaturus. Et Cleophas Luc. vlt. ait

Ioan. 7.

1. Ioā. 2

Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus
 Israel. Videbant enim discipuli quod populo Iudæo-
 rum esset ablatum sceptrum alienigena eis dominan-
 te, & quod subditi essent Romanis, idcirco quærebant
 an Christus recuperaturus esset & sublimaturus mox
 regnum Israel, prout verba quædam prophetarum
 superficerent sonare videntur, an potius in futuro
 & diu post, regnum populi sui exaltaret. Et quoniam
 quæstio ista ex ignorantia & errore processit, Christus
 eam refellit, vt subditur. **L** Dixit autem eis, Non est
 vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater po-
 suit in sua potestate. **J. i.** restitutio Israelitici regni spi-
 ritualiter intelligenda est, quantum ad bonam gloriæ in
 futuro. Et quo tempore id continget velle determina-
 te prænoscere, non est vestræ paruitatis. Plenarie e-
 nim non fiet nisi in die iudicij, quando veri Israelitæ
 in anima & corpore glorificabuntur, & æternaliter re-
 gnabunt cum Christo. Particulariter autem & par- **Apo. 22**
 tim fit in mortibus singulorum, quando ad patriam
 regni cælestis perueniunt. Sed nec tempus iudicij nec
 diem mortis vult deus præsciri, quatenus mortales tā
 to sint de iudicis aduentu, mortisq; hora sollicitiores
 quanto sunt magis incerti, sicq; quotidie viuant, tan-
 quam die eodem aut alio mox sequente sint iudicandi
 Itaq; tempora & momenta mortis atq; iudicij vniuer-
 sorum pater posuit in sua potestate, quoniam suæ no-
 ticiæ ea seruauit, & cum ei placuerit in eis quæ decre-
 uit perficiet. Ab hac tamen potestate atq; scientia, nec
 filius nec spiritus sanctus excluditur, cum trium per-
 sonarum sit vna potestas eademq; scientia, idcirco qd
 de vna exprimitur, de alijs eadem ratione intelligi da-
 tur. Interdum vero ex certa causa aliquibus hora mor- **August.**
 tis prænunciatur. Veruntamen Augustinus in sermo-
 ne quodam de ascensione, verba ista aliter allegat, in-
 terpretatur & tractat sub hac forma. Domine si hoc tē-
 pore præsentaberis, & quando regnum Israel? & per
 præsentationem Christi intelligit reuelationem eius
 apertam, quæ in die iudicij ab vniuersis videbitur ve-

V I N A C T. A P O S. E X E G.

niens in maiestate & gloria. Per regnum vero Israel intelligit regnum cæleste, quod quotidie nobis communicari precamur dicentes. Adueniat regnum tuum August. vt scilicet ad societatem in cælis regnantium perducamur, sicque iuxta Augustini intentionem, Apostoli quæsierunt agnoscere tempus & horam iudicij, quorum curiositatem reprimens Christus respondit. Non est vestrum scire tempora vel momenta, &c. Per quæ verba (sicut in libro de ciuitate dei asserit Augustinus) Christus redarguit omnes qui de Antichristi aduentu & fine mundi tempus calculare præsumunt, cum omnium horum determinatum tempus ex dei liberrima potestate dependeat. Idcirco nulli nisi quantum reuelauerit deus innotescere valet, quemadmodum determinatum tempus creationis seu exordij mundi ex sola dei reuelatione innotuit. Quid vero ad discipulos illos præsertim Apostolos pertinuerit subditur. ¶ sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos. ¶ id est, ipsum omnipotentem spiritum sanctum vobis in sensibili signo donatum. Vel, virtutem, id est, sortem gratiam & præclara charismata spiritus sancti, qui cito de super descendet in vos. Dicitur autem spiritus sanctus eis a patre & filio, imo & a seipso dari atque infundi, quibus dona eius ad gratiam gratumfacientem pertinentia dantur seu infunduntur. Vnde spiritus sanctus donum dei vocatur. Nam a patre filioque procedit tanquam donabilis, cum ipse sit amor, in quo prima ratio doni relucet, & in quo cætera dona donantur. Descendit quoque atque superuenit spiritus sanctus in homines non per loci mutationem, cum incircumscriptibilis, inuariabilisque consistat, sed per donorum suorum infusionem. ¶ & eritis mihi testes in Hierusalem & in oī Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. ¶ i. in locis his, seu vbiq; terrarum prædicabitis me esse Christum. Et verbis, signis, ac sanguinis vestri effusione, incarnationi, passioni, resurrectioni, ascensioni, & cæteris mysterijs ad me spectantibus testimonium præstabit. Quibus verbis Christus prædixit Euangelium vbiq; per Apo-

stolos diuulgandum, iuxta illud Psalmistæ: In om- Psa.18.
 nem terram exiuit sonus eorum. Et Esaia. A finibus Esa.24
 terræ audiimus laudes, gloriam iusti. Rursusq; apud Esa.vl.
 Esaiam Christus de hac re apertissime prænu-
 ciavit, Mittam ex eis qui saluati fuerint, in mare, in Aphricā
 & Lydiam, in Græciam & Italiam, ad insulas longe, &
 annuntiabunt gloriam meam gentibus. Vnde Tho-
 mas in India, Iacobus in Hispania, quæ sunt termini ter-
 ræ habitabilis prædicasse leguntur. Et cum hæc di-
 xisset, non solum hæc vtrique, sed & alia quædam quæ
 Marci vltimo referuntur, videntibus illis, corpora
 libus oculis, eleuatus est, id est, in cælum a terra
 assumptus modo iā explanato, & nubes suscepit eum
 ab oculis eorum, ita quod nube circuminctum, & in
 altiora conscendentem eum, amplius non viderunt.
 O quam intenta acie prosequuti sunt ascendentem, &
 quam ingenti læticia hoc conspexerunt. Id quoque in-
 tuendum quemadmodum vbiq; creatura suo obediat
 creatori. Nempe natum dominum, mox angeli Iudæ
 is, stella gentibus nunciarunt, in transfiguratione quo
 que nubes eum lucida obumbravit, & cum esset inde Luce.2
 ferto cum bestijs, angeli ministrauerunt eidem. Deniq; Mat.2.
 paciente ipso obscuratus est sol, & immutatus est cur- Mat.17
 sus lunæ. Ascendenti etiam nubes obsequium nō subsi- Mat.4
 dium præbuit. Cumq; intuerentur in cælum eun-
 tem illum, id est ad summum atq; empyreum cælum scan-
 dentem, aut dissimulata, deuotissima ac iocundissima men-
 te, corporeoq; prosequerent intuitu, ecce duo viri, id
 est angeli scilicet in forma virili, affiterunt, & subito com-
 paruerunt, iuxta illos in vestibus albis, quarum albedo &
 cædor, puritatē naturæ angelicæ iocunditatēq; huius ne-
 gocij monstrauit, quæ & dixerunt. Viri Galilæi. Quæ ad-
 modum enim Iesus sic & Apłi de Galilæa fuerunt, vel oēs, vñ
 pene omnes, quod statim aspicientes in cælum. Nā & cum
 dñs Iesus nubem ingressus, atq; in alta, progressus oculis
 illorum fuisset ablat⁹, nō cessauerunt sursum aspicere post
 dilectū vt mortis est amantiū atq; mirantiū. Ideo ad de-
 clarandā Christi maiestatem, & p̄ consolatione ac in-
 formatione discipulorum, angeli apparuerunt dicentes.

IN ACT. APOST. EXEGE.

Quid statis aspicientes in cælum? Tanquam dicant. Cur catenus miramini quod dominus vniuersorum, creator cælorum, vnigenitus dei ad cælestia tendit? Non inde miremini, sed de hoc potius, quod ad terras descendere, incarnari, inter vos conuersari & crucifigi dignatus est. [Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum] .i. sicut cum nube ascendit, & in vera humanitate glorificata, itemque cum multitudine angelorum ac sanctorum quos de lybo eduxit, ita in nube veniet iudicaturus mundum, in natura humana cum multitudine ciuium supernorum, iuxta illud Esa. **Esa. 3.** Dominus ad iudicium: veniet cum senibus populi sui & principibus eius. [Tunc reuersi sunt Hierosolymam] secundum quod Christus eis præcepit, vt dictum est [a monte qui vocatur Oliueti] de quo loco Christus ascendit [qui est iuxta Hierusalem, vtpote per vnum miliare (quod est media leuca) distans ab ea. Ideo subditur [sabbati habens iter] .i. per tantum spaciū ab illa distans, quantum die sabbati licuit Iudæis secundum legem ambulare seu progredi a propria mansione videlicet per mille passus, Quæ ambulatio cum ad recreationem potius sit quam ad laborem, quieti sabbati non derogauit. Porro iuxta literalem intelligentiam, mons iste dictus est Oliueti, quoniam oliuarum arboribus consitus fuit. Per oliuam vero pietas, misericordia, charitas, designatur. In hunc ergo montem Christus discipulos conuenienter eduxit, & ab eo rite ascendit, vbi spiritus sancti vnctionem & illustrationem eis sponndit, & benignitatem copiosam impendit. Insuper qui cum Apostolis spiritus sancti donis cupit impleri sabbati iter ingrediatur .i. quieti intendat mentali, pacisque locum introeat, qui per Hierusalem figuratur, vt iuxta Esaiam sit ei sabbatum **Esa. vlt.** ex sabbato, scilicet quietes patriæ, merito quietis viæ. Quia qui hic cessat ab inquietudine operum peruersorum & viciorum tumultu, illic in retributione & pace quiescet cælesti. Quamuis autem secundum quosdam

discipuli de Christi ascensione contristabantur in quantum eis auferebatur dilectus, potius tamen eos putō inde vehementer gauisos, præsertim cum scriptum sit Luc. vlt. Factum est dum benediceret eis, recessit ab eis & ierebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. ¶ Et cum introissent in cœnaculum ¶ in quo Christus cœnam celebrauit nouissimam, primamq; missam ¶ ascenderunt ¶ quod fuit in loco sublimi, puta in monte Syon prope templum ¶ vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi ¶ .i. Iacobus minor filius Alphæi, qui Iacobus dictus est frater Christi, tanquam forma, vultu, gestu & modo conuersandi ei præcipue similis, & quia filius fuit sororis virginis sanctæ, genitricisque Christi ¶ & Simon zelotes ¶ qui Mat. 10. dicitur Simon Chananæus, quia de vico Galilææ nomine Iohā. f. Chana, vbi Saluator aquam conuertit in vinum, extitit oriundus ¶ & Iudas Iacobi ¶ scilicet frater Iacobi minoris, qui Iudas in sua canonica fratrem Iacobi se appellat. Isti itaque cum cæteris qui sequuntur præfatum locum ingressi sunt, tum propter loci amorem & sanctitatem, quem Christus sua sanctificauit præsentia, cœna, & Euangelicæ legis sacramenti institutiōe, tum vt ibi in loco abstracto liberius orationi inenderent, & item vt ibi latentes Iudæorum vitarent calumniam, nondum enim perfecta charitas exclusit ab eis timorem, conuenienter quoque in altum conscenderant locum, qui terrena spernentes ad spiritus sancti se præparabant aduentum. ¶ Hi omnes erant perseverantes vnanimiter in oratione ¶ Iam namque per charitatem fuerunt in domino adunati, id ipsum dicentes omnes, & schismata nescientes. Itaque & nos si spiritu sancto impleri optamus, concorditer & instanter orationi vacemus, vnanimis vno ore deum in omnibus honorantes ¶ cum mulieribus ¶ vtique religiosis, videlicet, Maria Magdalene & cæteris quæ in Euangelio Christo ministrasse leguntur ¶ & Maria matre le-

1. Cor. 1

Rom. 15

I N A C T. A P O S. E X E G.

fu] quæ & si post viros hos nominetur omnib⁹ tamen
 præstantior fuit, & sanctior vniuersis] & fratribus e-
 ius].i. cognatis, q̄a non tantum quidam Apostolor⁹,
 sed & alior⁹ discipulor⁹ quidam erant consanguinei
 Saluatoris. Est aut̄ consuetudo scripturæ, vt qui de ea
 dem cognatione sunt, fratres vocentur. Consequenter
 describitur substitutio Mathiæ loco Iudæ in apostola-
 tum. [Et in diebus illis, exurgens Petrus in medio fra-
 tr⁹]. Ecce hic omnes Apostoli fratres vocant̄ [dixit.]
 Iā enim & añ passionem designatus, & post passionem
 fuit a Christo princeps Apostolorum constitutus, ideo
 tanq̄ maior ac prior p̄ cæteris loquit̄ q̄ sequunt̄. Deni-
 que pp̄ tanti collegij dignitatem, potissime pp̄ matris
 Christi p̄ntiam humiliter surgit, reuerenter stat, sapi-
 enterq; loquitur. Vñ & deuot⁹ ac religiosorum con-
 uentus est honorandus. [Erat aut̄ turba hominum si-
 mul fere centum viginti.] q̄rum quidam fuerunt viri, a-
 liquæ fœminæ. Sed quō q̄si dubitans ait, fere, cum per
 eum. n. loquatur? Et r̄ndendum, q̄d fere non ponitur
 hic dubitatiue, sed potius assertiue, ad innuendum q̄d
 a p̄dicto numero multitudo illa parū distabat. In ma-
 gno autem numero q̄d parum deficit seu sup̄sedit non
 reputatur seu computatur aliquñ in scripturis nec com-
 muni modo loquendi. Propter q̄d isti electissimi inter-
 dum asseruntur fuisse centum viginti. [Viri fratres,
 oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus
 sct̄us p̄ os David.] Quæ autem sit ista scriptura paulo
 post subditur [de Iuda qui fuit dux].i. ductor [corū
 qui comp̄henderunt Iesum] iuxta illud Luc. 22. Iudas
 vnus de duodecim añcedebat eos [qui connumeratus
 erat in nobis].i. a Ch̄o vnus Apostolorum ordinatus
 sicq; ab alijs appellatus] & sortitus est sortem ministe-
 rij huius. Id est, partem in officio & gratia apostola-
 tus adeptus a Saluatore, ita quod fuit apostolus & præ-
 dicauit ac baptizauit, imo (vt asserit Augustinus) ba-
 ptizauit Ioannes baptista & baptizatum non fuit, ba-
 ptizauit Iudas & baptizatum fuit. Quod ideo dicitur,
 August. quoniam in Ioannis baptismo gratia non dabatur, ic-

circo taliter baptizati post fidei Christi receptionem rebaptizabantur, non autem qui a Iuda fuerant baptizati. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis. Quod tripliciter explanatur. Primo quod per æternam sceleris ac nominis sui memoriam agrum hunc possedit in mentibus recordantium eius, & criminis eius. Ut enim in Matthæo legitur, videns Iudas quod dānatus esset, desperatione fractus denarios pro quibus vendidit Christum restituens proiecit in templum, pro quibus principes sacerdotum agrum figuli emerunt pro sepultura pegrinorum. Cuius rei non obliuiscuntur fideles. Secundo a quibusdam exponitur, quod Iudas ibi sepultus sit, ideoque corporis sui immoratione agrum istum possideat. Sed hoc certum nō est. Ideo: Tertio exponitur, quod iuxta consuetudinē sacri eloquij Iudas hunc agrum possedit, id est, possidere fecit. Nam argenteos restituendo causa fuit qd ager ille emptus fuit atque possessus ab emptoribus seu in eo sepultis, iuxta quem sensum sanctus Iob: Abominabuntur me (inquit) vestimenta mea. i. abominabilem intuentibus reddent & suspensus. Vtique a seipso, nam laqueo se suspendit & crepuit medius. qui dei & hominum mediatorem tam vili precio impūssime vendidit & diffusa sunt omnia viscera eius sic que in horrenda illa intestinorum eius effusione turpissima, monstraretur, quam enorme piaculum commisisset. Ita & Arrius superbissimus, quoniam Christi diuinitatem ore blasphemauit sacrilego, viscerum deprehensus dolore ad naturæ requisita declinans intestina sua turpissimus turpissime mox effudit. Et notum factum est scelus seu genus mortis Iudæ omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach, hoc est ager sanguinis id est, emptus precio sanguinis Iesu. Deinde ponitur scriptura D A V I D Iudam concernens. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat

Mat. 27

Iob. 9,

Psal. 69.

IN ACT: APOST. EXEG.

- Pf. 108. commemoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Episcopatum eius accipiat alter, Sciendū quod Christus & Euangelistæ atque Apostoli allegādo scripturas veteris testamenti interdum sensum magisquā verba allegant, ita & Petrus iam agit. Inducit autem testimonium ex psalmis duobus, cuius testimoniū prima pars quantum ad sensum Psalmo. 68. habetur, in quo Iudæa eradicatio prophetatur. Verum quod ibi de Iudæis Christi persecutoribus pluraliter dicitur, hic de Iuda singulariter allegatur. Sic enim in psalmo illo nostra habet translatio. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Horum etenim vnus extitit proditor, quorum omnium ciuitates & domus in vltionem sanguinis Christi per Romanos destructæ noscuntur. Secunda vero pars testimoniū huius de translatione apostolatus Iudæa loquēs scripta est Psalm. 108. quo legitur. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Apostolatus autem episcopatus vocatur, & Apostolorum successores extant episcopi. **L** Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati **J** .i. qui inter nos conuersati sunt, nuncq; nobiscum collecti, Conuersati inquam **L** i
- Pf. 67. omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus. **J** iuxta id psalmi, viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Esaiæ quoque. 52. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum viderunt cum conuerterit dominus Syon **L** incipiens **J** publice prædicare atq; miracula facere **L** a baptismo Ioannis **J** .i. post baptismum quo fuit a Ioanne baptizatus seu lotus, Vel post baptismum a Ioanne prædicatum & datum. Ioannes enim baptizando denuntiavit quod Christus mox in spiritu sancto baptizaret, præsensque esset in carne, per hoc præparans viam Christo, qui ex tunc orsus est prædicare, & suam excellentiam declarare vsq; ad diem ascensionis, secundum quod subditur **L** vsque in diem qua assumptus est a nobis **J** in ascensione **L** testem resurrectionis eius fieri nobiscum **J** .s. cum vndecim Apostolis **L** vnum existis **J**
- Mat. 3.
Mar. 1.

Ideo autem resurrectionem specialiter exprimit, quia amplius lauit, & de ea Apostoli in die Pentecostes prædicationem suam exorsi sunt. L. Et statuerunt duos. .i. Petrus & alij ei consentientes vnanimiter duos tanquam præ cæteris sanctitate conspicuos, atque ad gratiam apostolatus magis (vt videbatur) idoneos, elegerunt ac ordinauerunt. L. Ioseph qui vocabatur Barsabas, & cognominatus est iustus. L. quia tam præclaræ & euidentis fuit iusticiæ, quod proprio nomine quasi amisso, iustus est appellatus. L. & Mathiam. L. Prudenti autem consilio Ioseph iste laudatur, ne ex sua culpa videatur ab apostolatu repulsus. Non autem Mathias, nam ei, p. omni præconio potest sufficere, quod alio tam iusto in hac parte relicto ipse ad apostolatus apicem est assumptus. In quo etiam factio diuinorum iudiciorum altitudo monstratur, quod non is qui in hominum ore plus laudabatur, in apostolum a deo eligitur. L. Et orantes dixerunt. Tu domine qui nosti corda hominum, psal. 7. ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum. .i. i. authoritatem & gratiam. L. ministerij huius. L. .i. prædicationis. L. & apostolatus. L. qui est donum gratiæ gratis datæ, sicut & prophetia. L. de quo præuaticatus est Iudas. .i. quem sua præuicatione amisit. L. vt abiret in locum suum. .i. vt vnus istorum in locum illius succederet seu succedat. Sicq; dictio, vt, tenetur hic concomitanter non causaliter. Non enim iccirco transgressus est Iudas, vt alter ei succederet, sed ad transgressionem eius id consecutum est. Quemadmodum fertur in Psalmo. Tibi soli peccaui, vt iustificeris psal. 50. in sermonibus tuis. L. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Ita quod duodecimus fuit. Circa hoc quaeritur, quid hic nomine sortis intelligatur, & qualiter sortibus liceat vti. Quocirca sciendum, quod secundum doctrinam beati Dionysij libro de ecclesiastica hierarchia, fors ista non erat talis qualis in veteri testamento, sed quidam splendor diuinus, seu radius diuinitus missus super Mathiam, ad ostendendum quod ipse esset

IN ACTA APOS. EXEG.

Prou. 16
Iosue 7.
Hieron.

Beda

Actuum. 1.

Actuu. 6.

S. Thomas

apostolus assumendus. Communius tamen refertur quod sortes his datae fuerunt tales quales illae quarum in lege Mosi usus fuit. De quibus in prouerbis dicitur: Sortes mittunt in sinum sed a domino temperantur. Quibus Iosue usus est in deprehensione Achan. Verumtamen secus dum Hieronymum hoc exemplo non est fortibus nunc utendum quoniam paucorum privilegia communem legem non faciunt. Apoc. quoque ex occulto spiritus sancti instinctu usi sunt eis quod non est in consequentiam passim trahendum. Insuper Beda hic ait quod figuram obseruare licebat quousque veritas veniret ac panderetur. Vera hostia in cruce immolata, sed in Pentecoste veniente super Actuum. 1. Apostolos spiritu sancto consummata. Idcirco in electione Mathiae sortibus usi sunt ne a lege discreparerent. Post Actuum. 6. Pentecosten vero veritate iam propalata septem diaconi non sorte, sed discipulorum electione Apostolorumque oratione, & manuum eorum super illos impositione sunt constituti. De hac autem materia loquitur S. Thomas in secunda secundae, q. 95. inter cetera asserens quod sortes dicuntur dum aliqua fiunt ex rerum vario & incerto consuetudine occultum aliquid innotescit sicut in tractatione longioris aut breuioris festucae. Si ergo pro sorte quae quid sit alicui exhibendum de re possessa vel honore seu poena vocatur fors diuisoria. Si autem queritur quid agendum, dicitur fors consultoria. Quod si queratur quid sit futurum vocatur fors diuinatoria. Cum itaque actus hominum qui requiruntur ad sortes non subduntur influxui caelestium corporum aut stellarum si sortibus quis utatur quasi actus humani ex caelestium corporum impressione dependant, ita quod dispositione ventusque sortium ex stellarum influenza expectatur, superstitiosum & vanum est neque occulto caret cum demonibus pacto: sed hac causa remota oportet sortium dispositionem expectare vel ex aliqua causa spiritali ac directiua. Et si a fortuna (quod in sorte diuisoria tantummodo locum habet) non est victosum nisi ex causa procedat illicita scilicet cupiditate aut simili. Ut dum aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, sorte utuntur exponentes fortunam quae

quam partem accipiat. Porro si sortium euentus expectetur a causa spiritali mala scilicet dæmone, impium est. si aut a bona puta immediate a deo vel ab eo p̄gelos sanctos, talis fors non est secundum se illicita secundum Augustinum. Quadrupliciter tamen potest id esse illicitum. Primo si absq̄ necessitate recurratur ad sortes tunc ad tentationem pertinet dei. Secundo. si sine debita reuerentia. Vnde Beda hic ait. Si qui necessitate compulsi deum putant sortibus consulendum exemplo Apostolorum, videant ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu & p̄cibus ad deum fuis id egisse. Tertio. si diuina oracula ad terrena conuertantur negotia. Quarto. si in ecclesiasticis electionibus quæ ex spiritus sancti inspiratione fieri debent sortibus quis vtatur. In temporalibus vero dignitatibus quæ ad terrena instituenda seu disponenda ordinantur secus est, quia in illarum electione homines sortibus vti aliquando possunt. Itaq̄ si necessitas alia ab electione ecclesiasticæ dignitatis incumbat licet cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare. Cuius rei exempla Augustinus inducit vt si inter seruos dei sit disceptatio quis eorum tempore persecutionis fugere debeat aut manere. Vel si duo æque pauperes alicui obuiarent qui aliquid dare haberet quod dari non posset nisi vni. Postremo vt dicitur in legenda sancti Mathiæ Apostoli ipse Mathias & Ioseph dictus Barsabas fuerunt de numero 72. discipulorum & Ioseph præfatus fuit frater Iacobi minoris & consanguineus Christi, sicque per hoc quod Christus huic Ioseph Mathiam in apostolatū præposuit docuit quod ex consanguinitate aut carnali affectu non sunt homines ad Ecclesiastica beneficia aut officia promouendi, Aliqui tamen dixerunt quod Ioseph iste fuit Barnabas qui etiam ante hoc nomen sibi ab Apostolis inditium vocatus est Ioseph. Sed hoc minus verum censetur. Nam Barsabas interpretatur filius quietis secundum Hieronymum. Barnabas autem filius consolationis vt infra dicitur.